



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

12 Episcopi sunt parochi parochum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

6 movendi, † expectetur cedula, quam in Urbe vocant, consistorialem, quæ habet vim supplicationis in Dataria expeditæ, & illa est matrix, super qua litteræ Apostolicæ sub plumbo expediuntur, & antequam litteræ expediantur, illa cedula dicitur gratia informis, ut informis gratia dicitur supplicatio, Gomef. de infir. resign. quæst. 18, n. 1.

7 Processus primò fabricatur † super ætate, cum Episcopus debeat trigelimum annum suæ ætatis complevisse, cap: cum in cunctis, §, presenti decreto, & ibi etiam glol. de elect. Host. in sum. de elect. §, quis eligendus, num. 9. Secundò super legitimis natalibus, quia illegitimus † sine Papæ speciali dispensatione, quæ vix ad Episcopatus obtinendos conceditur, est inhabilis, ut ad Episcopatum assumatur, cap: cum Vintonien: ecclesia, ex de elect. glol. in cap grandi, in ver. legitimo de supl. negl. Prælat: in 6, cap. 1, de fil: presb: Concil. Trident. cap. 1, sess. 7: & cap: 1, § omnes verò, de reform: sess. 24. Tertio, an saltem † sex mensibus ante promotionem fuerit in sacro ordine constitutus, Concil. Trident. cap. 2, de reform: sess. 22. Quarto, si antea in Universitate studiorum magister, sive doctor, aut licentiatu in sacra Theologia, vel jure canonico, aut publico alicujus Academiæ testimonio, idoneus ad alios docendos ostendatur, d. cap: 2, de reform: sess. 22. quæ nec sufficiunt, † quia, cum privilegium doctoratus non faciat doctorem, sed requiratur doctrina, Clemens Papa VIII. ut non solum habentes privilegium, sed docti viri ad cathedrales assumantur, statuit, quòd ad Episcopatus in Italia assumendi in Urbe coram ipso, & sacra congregatione Cardinalium, aliorumque gravium, & peritorum Prælatorum, & videretur, in Gallia verò, & Hispania † coram S. R. E. Cardinalibus Legatis ibi existentibus, & Legatis deficientibus, coram sanctæ Sedis Apostolicæ Nunciis, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, de speciali Papæ mandato assistentibus aliis Prælati, ac peritis viris, ut hujusmodi negotii gravitas requirit, se examini subiciant, qui approbati, & non aliàs ad ecclesiarum regimina admittuntur, Concil. Trid. c. 1, de reform. sess. 24. cum absurdum videretur, quòd providendi de parochialibus, rigoro examini se subicere tenuerentur, Conc. Trid. in c. 1, sess. 24, de reform. Ad cathedrales autè assumendi, † qui in eorum diocesi sunt parochi parochiorum, cum universalem illius curam gerere teneantur, c. rationis in fine, 100. dist. 6. cap. sugg. sum, 7. q. 1. absque examine admitterentur, & licet quis non sit eminentis, † sufficit quòd sit convenientis litteraturæ, c. cum nobis, §. his igitur, de elect. cap. nisi, §. pro defectu, & ibi Abb. num. 10, de renunc. Quintò, an sit bonæ vocis, conditionis, & famæ, non rixosus, non criminofus ex supra deductis.

14 † Sextò, an in rebus gerendis pro Episcopatus administratione sit aptus, cum sit onus Angelicis humeris formidandum, Concil. Trident. c. 1. paulò post princ. de reform. sess. 6. & hæc, quoad personam, & qualitates assumendi. Ulterius formatur † processus super redditibus cathedralis, ad quam quis sit assumendus, ac illius status, tam in capitibus, quàm in membris, sub cujus temporali dominio, & Provincia sit posita, si ecclesia sit suffraganea, sub quo Metropolitanò, si verò sit Metropolis, quot sub se suffraganeos habeat, in qua parte civitatis, & vicinia cathedralis sit constructa, & an circumcirca habeat domos